deprecatus ut fiduciam meam in corrupta dignationis
uestrae non denudet integritas. Explic.

INNODIUS AUITO

Quam sepe aliena peccata nos ingrauant, et quod
a nobis non oritur iure nostro inputatur. Excessui,
ex me didici fidem uerum non perire; dum per negotia
nouella cana poetarum reparatur adnunciatio.
De me dictum aestimo, decidet infelix alieno uulnere.
Super expectandae memoriae uiri sauini filio, exhi
betur praefecta concinnatio, qui actenus (hactenus) aegritudinis
tontus (tentus) obstaculis, sine putio suo constituta uiolauit fateor.
Pene animum meum reum fecerat magnitudinis uestrae
di(e)uis adsertio, et credebam culpam esse propriam, quam
conscientia non habebat. Ecce ut primum in bonam uale
tudinem reductus est, Mediolanum cum summa propera
tione commeauit. Cetera apud uos alli(e)ganda esse non
credidi, quia qui commendat magnis uiris iustitiam, obli
uionem uidetur aequitatis opponere. Domine mihi salu
tationis plenissimae munus exhibeo, et quod super est quaeso,
ut factus circa me gratiae uestrae quamuis sit plenissimus,
adhuc tamen recipere cogatur augmenta. Explic.

ITEM AUITO ENNODIUS

Inportunum (Importunu) me facit aliena necessitas, quia debeo
pro deprecante sermonem. Lex propositi, intercessionis
refutat auaritiam. Nam ad conscientiae meae sarci
nam iungitur, si respuam supplicantem. Expectandae
memoriae sabini filius, ad diem constitutum sententiam
praestulaturus (praesstolaturus) occurret, sed agellum suum utilitatis
consideratione est coactus expetere. Quia et fideius
sor et exsecutor definita die defuerunt, ab iuramento me
depraefati negotio uiri uilis cerebaiulus inpulit, ut
ad eum nuntius quatenus rursus occurreret destinare (destinaret her)
quod me fecisse significo, nunc salutationis meae dicens

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0298